



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

II. Numinis præsentis considerationem non modo peccatoribus esse necessariam, sed & iustis, ac Perfectionis studiosis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

nis enim iudicij eris reus, quamuis sis humanis absconditus. Deus ubique praesens est. Spiritus eius totum implet. Maiestas eius omnia penetrat elementa. Cuncta sua potentia attingit praesentia. Extra eum locus nullus est. Cognitioni eius nihil occultum est. Omnia secreta vis virtutis eius irrumpit. Nulla se latere patitur, nullis obicibus, ut non penetreret, impeditur. Ipse cogitationes nouit, ipse cor inspicit. Quod intus agitur at latet, ipse videt: quod intus disponitur, ipse comprehendit: & iam quod homo in se ignorat, ille nouit. Haec Isidorus. Ex quibus conficitur, non modo doctrinam hanc de Deo memorando perfecti utilem esse, sed subinde necessario obseruandam, si à peccatis auelli, si praecipitia vitare volumus.

CAPVT II.

Numinis praesentis considerationem non modo peccatoribus esse necessariam, sed & iustis, ac PERFECTIIONIS studio-
sis.

Necessitas 8. **Q**ui enim à peccatis volunt liberari, necesse est sese ad Deum conuertant per fidem; & spe magna nixi ardentem veniam petant: amoreque in Deum concepto illi perpetuo nexu adherere proponant. *quae* necessitas eo loco habenda est, ut sine ea nemo qui peccato letali sese inquinauerit, salutem possit

*praesentia
diuina con-
quirenda
lapis.*

1.

possit sperare. Esther, odio Principis Aman con-
 demnata ad mortem cum toto populo, gratiam
 petitura Regem accessit. Ingressa igitur (ait histo- *Esther 15.*
 ria) cuncta per ordinem ostia, stetit contra Regem, ubi
 illa residebat super solium regni sui, iudutus vestibus
 regis, auroq; fulgens, & pretiosis lapidibus, eratque
 mirabilis aspectu: cumque eleuasset faciem, & arden-
 tem oculis furorem pectoris indicasset; Regina cor-
 ruit, & in pallorem colore mutato, lassum super an-
 tiliam reclinauit caput. Conuertitq; Deus spiritum
 regis in mansuetudinem, & festinus ac metuens ex-
 celsit de solio, & sustentans eam vinis suis, donec
 rediret ad se, his verbis blandiebatur: Quid habes,
 Esther? ego sum frater tuus, noli metuere, non morie-
 ris: non enim pro te, sed pro omnibus hac lex constitu-
 ta est. Accede igitur, & tange sceptrum. Cumque illa
 recederet, tulit auream virgam, & posuit super col-
 lum eius, & osculatus est eam, & ait: Cur mihi
 non loqueris? Qua respondit: Vidi te, domine,
 quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum
 pro timore gloriae tuae: valde enim mirabilis es, do-
 mine, & facies tua plena est gratiarum. Cumq; loque-
 retur, rursus corruit, & pane exanimata est. Dei
 praesentis consideratione peccatorem terreri, &
 a peccatis auelli, Deoque reconciliari, hac ex-
 cellenti figura eleganter exprimitur. Quae enim
 Esther damnata cum toto populo suo, nisi pec-
 cator, qui à Mardochæo, mundi Salvatore, ex-
 citatus, cum Deo nititur in gratiâ redire? At ubi
 sordium vitæ praeteritę venit in mentem, & Do-
 minum Maiestatis versat animo, dum confide-
 rat iratum Numen, coram quo curuatur orbis,
 quem

Psal. 147.
Apoc. 1. &
29.

Psal. 9.

Luc. 22.

Act. 9.

Amos 3.

Esther 15.

Exod. 14.

quem adorant dominationes, tremunt potestates, ad cuius vocem quatiuntur fundamenta terræ, & (vt ait Propheta) *ante faciem frigoris eius quis sustinebit? oculi namque eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, & de ore eius procedit gladius ex ytraque parte acutus, vt in ipso percutiat gentes: quis talem Dominum præsentem cernens, in peccato perseuerare audeat? At Dominus, qui præparationem cordis nostri aure benigna percipit, pœnitenti occurrit, & vel minima animi demissione se flexi permittit. Respexit Petrum, & is conuersus fleuit amare. Occurrit radians illa Maiestas Paulo, qui corrumpit terram, victa;que manus porrigens dixit: *Domine, quid me vis facere?* Expauit Manasses, Deus in se iratum sentiens; ceruicemque pertinacem inflexit, & peccatum confessus est. Subinde namque potentia; suæ fulmine & iræ furore contumaces adeo percellit, vt ij postmodum ceruicem duriozem placato Domino subijciant. *Irascietur, quis non timebit?* Sic ergo peccatores, timore præsentis Dei confixi ac perculli, fateri coguntur: *Vidi te, Domine, lumine gratia; tuæ præcinctum, quem nunquam præsentem confitebareram, non modo quasi Angelum Dei, sed et Deum Maiestatis; & conturbatum est cor meum præ timore gloria; tuæ: valde enim mirabilis es, Domine, & facies tua plena est gratiarum.* Ad hæc nos lolatur benignissimus Dominus, & virga aurea collum nostrum percutit. Illa virga sunt Sacramentorum formæ, aut Dei miserentis benigna condonatio. Percussit Moyse virga maris aquas,*

quis, & submersi sunt omnes Ægyptij, populus
 vero Dei incolumis euasit. Percutit Sacerdōs
 aquas baptismales vitæ verbo, tanquam virga
 arca, & peccata omnia submerguntur, Deique
 calor saluus emergit. Hac virga contingere
 Dominus dignatus est Mariam Magdalenam:
 quæ cum dolore timoreque percussa corruisset
 in collum ancillulæ, id est, à se plane deficiens,
 confidentiæ diuina bonitate nixæ caput incli-
 nasset; audiuit tandem: *Remittuntur tibi peccata,* Luc 7.
 quæ etsi quasi exanimata ad pedes Domini cor-
 ruisset, eos lachrymis suis rigans, capillisque ab-
 stergens, audiuit rursus, *Vade in pace;* magnique
 Regis & reconciliationem & amicitiam pro-
 meruit.

Beatus Ephræm hanc doctrinam verbo & 2.
 exemplo optime stabilit. *Qui lasciuus,* ait, *effusi* Lib. de vir
sunt concupiscentiis, curis atque sollicitudinibus plena tute, c. 10.
vitæ eorum; quin & recordationis ipsius Dei obli-
uionem capiunt, quo peius grauiusq; est nihil. Nam
continua Dei recordatione turpes animæ passionēs re-
cedunt; instar maleficorum, prætere accedente; vnde
& mundum Spiritus sancti habitaculum efficitur:
ibi vero memoria Dei abest, ibi tenebra cum foetore do-
minantur, omnisq; res improba exercetur.

Hæc Ephræm verbo: de eodem exemplum 3.
 subiiciam. *Cum Edesse Ephræm diuersaretur, è vici-* In 2. vitæ
na mulier parum verecunda per fenestras eum pro- eius, Operi
iecit: & petulantius cum ageret, & ad turpitudinem bus præst-
rum Angelicum scilicet aret, Placet, inquit, modo xa.
tibi deligendi mihi optionem dederis. Illa annuente, vr-
tem mediam delegit. Ecquid? ait illa, non erubescemus
 con-

conspicuum hominum? Respondens magnus Epherem:
 Si homines, inquit, erubescimus; multo magis Deum
 erubescere & timere oportebit, qui nouit etiam occul-
 ta hominum: quoniam ipse est qui uenit iudicare
 mundum, & redditurus unicuique secundum opera
 sua. Hac audiens mulier compuncta est ex uerbi-
 lius, & accedens prociuit ante pedes illius, plorans,
 dicensque: Serue Dei, deduc me in uiam salutis, ut
 multis meis malis operibusque improbis liberer. Sac-
 ctus autem senex, multis eam admonens, misit in Mo-
 nasterium, & saluauit eius animam ex caeno flagiti-
 rum.

Iustis ne-
 cessaria praesentis Dei
 consideratio.

I.

Psal. 120.

Soliloq. c.
 14.

10. Hæc lapsis congruunt, qui praesentiae Dei
 consideratione à peccatis reuocantur ad peni-
 tentiam. Quid iustis? certæ diuinæ praesentiae
 serua contemplatio à lapsu facile nos uincat
 ac praeseruat: & sane longe magis quam lapsus
 nam & cognitio illustrior, & beneficia am-
 pliora, & casus à tanto gradu formidabilior
 est. Si enim Dei benignitatem singulariter
 raac praesidio me tueri considerem, eundem
 que nunquam dormire, nunquam dormire,
 custodit Israel, mei memoriam nunquam
 ponere, amicitiae me oculis benignissime
 spicere: qui fieri poterit, sine ingentis inge-
 ritudinis labe, ut iterum memoria eius depo-
 sita me in pristino peccatorum uolutabro per-
 uoluam?

Hoc argumentum tractans D. Augustinus
 necessitatem nobis incumbere maximam statuit
 hanc Dei praesentiam animo perpetuo contem-
 plandi & retinendi. Gressus meos, ait, semitaeque
 caud-

consideras, & die noctuque super custodiam meam vigilas, omnes semitas meas diligenter notans, speculatur perpetuus, veluti si totius creaturae tuae, caeli & terrestribus, tantum me solum consideres, & nihil sit timor de alijs. Neque enim tibi crescit lux incommutabilis visionis tuae, si tantum vnum aspicias: neque minuitur, si innumera videas, & diuersa. & paulo post: incipitur super custodiam meam stas, sicut si omnium solus sis, & mihi soli intendere velis: semper quippe praesentem exhibes, semper te paratum offers, si me paratum inuenis. Quocumque iero, tu, Domine, me non desers, nisi prior ego te deseram. Fateor quidem, quia quidquid facio, & quacumque facio, ante te facio: & scio, quidquid est, quod facio, melius tu vides, quam ego qui facio: quidquid enim semper operor, tu pariter semper praesens assistis, utpote perpetuus inspector omnium cogitationum, intentionum, delectationum, & operationum mearum. & inferius: Cumque haec diligenter considero, Domine Deus meus, terribilis & formidabilis, timore pariter & ingenti rubore confundor: quoniam nobis magna est indita necessitas iuste recteque viuendi, qui cuncta facimus ante oculos Iudicis cuncta cernentis. Haec Augustinus.

ii. Enimvero si fragilitatem nostram consideremus, si hostes qui ceruicibus nostris imminet, si pericula omni tempore, loco, a quacumque parte, ac omni creaturarum genere parata contemplerur: si efferatam naturam nostram, quae, nisi si eno coerceatur, per varia praecipitia ruit incauta: quanta sit nobis necessitas huius praesidij, facile conspiciemus. Lapsus est Dauid sanctissimus, cecidit Salomon sapien-

2.
Probat
ratione.

lapiantissimus, oppressus est Samson fortissimus; qui non corruissent, si Deum sibi presentem reddidissent. Quid ni & nos Dei immemores? Hoc freno sane indigemus equi indomiti. Non audet filius presente parente familiam turbare, quod idem absente facere non formidat. Presente magistro tacent audiuntque discipuli, qui, antequam veniret, insanire videbantur: ausine, quæso, fuissent, si vel per rimam aliquam se ab eodem obseruari cognouissent? Fugiunt latrones (ait D. Ephræm) in adventu prætoris, qui detegi nolunt, nolunt suspendi. Ne auderis immunditiam aliquam vel vnicuique hinc presente excitare in te; certe in presentem patris tui non facies, non facies in presentem Episcopi tui, non Principis, qui contra improbos gladium portat: & audebis, si Deum irascentem fulgura, si romphæam volentem conspicias, stipatum Angelorum vindicam miriadibus innumeris, patibula, equuleos, flammasque æternas minitantem? Accipe, ait Seneca scribens ad Lucilium, & quidem utilem & salutarem clausulam, quam te affigere animo volo. Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tanquam illo spectante vivamus, & omnia tanquam illo vidente faciamus. Hoc, mihi Lucius Epicurus præcepit, custodem nobis & pedagogum dedit, nec immerito. Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat. Aliquem habeat animam quem vereatur, cuius auctoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem illum, qui non a se tantum, sed etiam cogitatus emendat! O felix licet

*Lib. I. epist.
II.*

licum, qui sic aliquem vereri potest, vt ad memoriam
 quæ eius se componat atque ordinet! Qui sic ali-
 quem vereri potest, cito erit verendus. Elige itaque Ca-
 tum. Si hic videtur tibi nimis rigidus, elige remissio-
 rem virum Lalium; elige eum, cuius tibi placuit
 et vita et oratio; et ipsius animum ante te ferens et
 vultus, illum semper tibi ostende vel custodem, vel ex-
 emplum. Opus est, inquam, aliquo, ad quem mores no-
 stris si erigant. Nisi ad regulam, praua non corri-
 piuntur. Seneca.

Suadent SS. Patres virtutis ac PERFE-
 CTIONIS studiosis, si proficere velint, vt con-
 stant sibi quasi intuentem se virum integer-
 tum quempiam, cuius puritatem admiren-
 tur, cuius sanctitatem venerentur. vt is præ-
 sentia sua, ac vitæ proposita integritate, de fe-
 cit ac errores nostros taci us arguat, reprehē-
 dit, corripiat, increpet, & ne labamur, impe-
 dit, quod documentum admodum salutare est,
 expedit Religiosos omnes sui Ordinis Pa-
 trarchas semper habere præsentis. nec falso id
 videm; est enim admodum probabile, singu-
 lorum Ordinum fundatores non modo actiones
 eorum alumnorum cognoscere externas, sed
 totius Ordinis ac singularum personarum
 cogitationes videre, cogitationumq; secreta ri-
 gidi: hoc enim, auctore B. Thoma, alijsque Do-
 ctoribus, ad statum illorum pertinet, vt non tã-
 tum Dei conspectu fruantur, (quod omnibus
 communis est) sed etiam quæ in Ordine
 fundato fiunt, singulari Dei privilegio, tan-
 tum Ordinis totius rectores, & tutores singu-
 lorum

3.
 Præsentia
 Patroni.

Fundato-
 res, Ordini-
 num, Reli-
 giosorum
 suorum vi-
 dere actio-
 nes omnes.
 D. Greg. li.
 12. Mor. c.
 13. Et li. 4.
 Dial. c. 33.

O o lorum

LECTURA
 1007

D. Tho. 1. lorum, perfecta habeant. quare etiam si vel
p. q. 12. a. 8. mus tegere occulta conscientiarum nostrarum
q. 2. 2. q. ipsos latere non possunt. Hinc vero hic fructus
83. a. 4. ad emerget, quod cum Religiosi singuli eximo
 2. more atque obseruantia illos prosequantur
Caiet. ibid. vitæ suæ duces sunt, ac conseruatores, si
Dur. in 4. sentiam illorum efforment, & ab illis se
d. 40. q. 3. n. opinentur, à multis defectibus abstineant
 13. q. 18. quos alias committerent, considerata nece
S. Bonau. eorum sanctitate, vestigijsque ad insistentiam
in 3. d. 14. relictis: sunt enim ipsi velut speculum Religio
 art. 2. forum, in quo boni filij, nimirum in parentum
Molina in vita, facies suas speculantur; vt vel macula
 1. p. S. Th. nauos suorum vitiorum, vel prauorum ha
ad q. 12. ar. tuum ac consuetudinum rugas aduertant. Quo
 8. disp. 5. re vbi contingit quempiam animo soluto
memb. 3. in esse, turbari, aut à feruore deuotionis inter
 fine. cere, ad se redeat, sibi que & talem personam
 vitam, & tacitam correptionem, quasi is conueniens, tu
 ageret, eumque audiret, constituat. Dubitant su
 non est, quin accepturus sit malis suis reprobem
 dium; & eo maius, quo hoc praesidio frequenter
 tius vti consueuerit. Quod exercitij genus memor
 tantum ij vsurpare deberent, qui difficultate sacerdo
 ac defectibus magnis laborant; sed & proliam
 ctiores in studio virtutis, quibus haud absportant
 rit, si singulis hebdomadibus, vel etiam diebus
 hanc sui recognitionem ad Praxim reuocant. In
 frequentissime in rebus agendis ad ipsam
 rentem tanquam ad asylum recurrant.

4. 13. Qui Religiosi non sunt, assumentur
Angeli tibi sis vel Ecclesiæ vel nominis sui Patronum,

etiam si vel
 nostrarum
 hic fructus
 uli eximio
 quantur
 ores, si
 illis se vide
 s abstineat
 lerata nemp
 d insisten
 alium Religi
 in pare
 vel macula
 auorum h
 uertant. Qu
 no solutio
 tionis in
 n perform
 quafis cor
 uat. Dabo
 alis suis re
 idio frequ
 gemina
 difficultat
 ted & per
 haud abs
 leriam d
 m reuoc
 s ad ipsum
 rrant.
 umant. D
 atronum,

Celestentes deuouent. Et ne quis excusationi *relaris*
 locus sit, singulis hominibus à natiuitate Ange- *presentiã.*
 puratur; quem Pædagogum ac Magistrum
 prorectoremque cognoscamus, cuius præsen-
 tum vereamur, cuius audiamus monita, cuius
 Dominum timeamus : habitat namque is in
 celesti palatio; & (vt ait Dominus) *Angeli eorum* *Matth. 18.*
is semper vident faciem Patris mei, qui in caelis
 meritaque nostra Deo quotidie offerunt.
 Quod si nos officio nostro deesse, si se conte-
 tum Magister, sua monita negligi, Deum in po-
 temis haberi, immo oppugnari vitijs viderit:
 illas de nobis apud Deum querelas deponet,
 proestabitur nos rebelles agere, Deoque
 quod impijssimum est) parere nolle, eundem-
 in die mortis nostræ testem infensissimum
 periemur. Raphaelem Tobias honorauit, *Exemplum*
 Deoque tutelam & opes magnas, cum tempo- *Tobias.*
 rales, tum spirituales, adeptus est. Non erubue- *In li. Tob.*
 rat. Dabant suorum Præsidum oculos scedare mariti
 alis suis re-
 idio frequ-
 gemina
 difficultat
 ted & per
 haud abs
 leriam d
 m reuoc
 s ad ipsum
 rrant.
 umant. D
 atronum,

Quod si vel hominibus vel Angelis id tri- *5.*
 buen-

ECI
 11
 11



*Conscien-
tia timen-
da.*

Act. 17.

Cicero lib.

3. Officior.

buendum videatur, ut ne quid committatur
quod purissimos eorum oculos possit offende-
re; quo timore aut horrore percelli debemus
Deum omnia potentem audimus rebus
omnibus interesse; nos in ipso vivere, moueri
ac esse; & conscientiam; eius præconem, vix
ex alta specula contueri! Sine cuiusquam im-
dia hic verba Ethnici cuiusdam referam: *Christiani*
videant quanta necessitas nobis in-
cumbat diuinam præsentiam assidue contem-
plandi. *Ea deliberanda omnino non sunt, ait, in quibus
est turpis ipsa deliberatio. atque etiam in omni delibe-
ratione celandi & occultandi spes opinioq; remouenda
est: satis enim nobis, si modo in philosophia aliquid
fecimus, persuasum esse debet, si omnes Deos hominum
celare possimus, nihil tamen auare, nihil iniuste, ni-
hil libidinoſe, nihil incontinenter esse faciendum.*
*Ille Gyges inducitur à Platone, qui, cum terra deſce-
ſiſſet magnis quibusdam imbribus, in illum hiatus
deſcendit, aneumq; equum (vt ferunt fabula) ad
aduertit, cuius in lateribus fores eſſent: quibus aper-
tis hominis mortui vidit corpus magnitudine inuſita-
tæ, anulumq; aureum in digito; quem vt detraxit, ipſe
diſceſit: (erat autem Regius paſtor) tum in concilio
ſtorum ſe recepit; ibi cum palam eius anuli ad palatium
conuerterat, à nullo videbatur, ipſe autem omnium
videbat; idem rurſus videbatur, cum in locum anulum
inuertit. itaque hac opportunitate anuli uſus, ne
ne ſtuprum intulit, eaq; adiutrice Regem dominum
teremit, ſuſtulitq; quos obſtare arbitrabatur: nec
his quiſquam eum facinoribus potuit videre. ſic reſpon-
ſi anuli beneficio Rex exortus eſt Lydia. Hunc
quodâ,*

anulum si habeat sapiens, nihil plus
 scire putet peccare, quam si non haberet: bone-
 rum bonis viris, non occulta, queruntur. Hæc

Verum si nec homines nec cœlites nos vi-
 dent, quid timendum putas, cum sine arbitro
 cogitamus peccare? Certe te saltem facinus
 latere non potest: caue tibi à teipso; si
 scieris, totus orbis resciet: nec accusa-
 tum habiturus es grauiorem, quam teipsum,
 et conscientiam tuam: & quidem apud teipsum:

quæ quietem tibi ipsa nullam concedet. *Iussisti,* *Li. 1. Conf.*
Domine, ait Augustinus, & vere sic est, vt pœna sibi *c. 12.*

ipsi inordinatus animus. Magna est vis conscien-
 tiæ, ait quidam, magna in vtramque partem: vt ne-
 que timeant qui nihil commiserint; & pœnam sem-

*Cicer. pro
 Milone.*

ante oculos versari putent, qui peccauerint. vnde
 Cælorus: Omnia fugere poterit homo, præter cor

*Li. 2. Sent.
 c. 26.*

non enim potest à se quisquam recedere; quo-
 rumque enim abierit, reatus sui conscientia illum
 derelinquet. Magna conscientia vis est,
 intolerabilis eius aculeus, si vel ei neget
 quod facere teneris, vel velis quod agere non
 possis.

Nostra ætate vir quidam locuples & potens
 cuius quoddam admilerat, quod fateri eru-
 scerebat; morteque ipsa & damnatione ei gra-
 tius erat, illud manifestare: conscientia tamen,
 Christiani hominis partes expleret, ita ho-
 minem stimulabat, vt nullo loco posset confi-
 dere. Audiuerat Antuerpiæ ex concionatore
 quoddam, neminè teneri ea peccata fateri, quæ me-

*Recens &
 rarum con-
 scientia
 exemplum
 in pecca-
 tore.*

moria exciderant, factaque diligentia non occurrerent.

1. Hanc doctrinam tegendo sceleri suo opportunam ratus, ut peccati obliuisceretur, nihil diligentiae atque industriae praetermisit. Deditur in primis voluptatibus, variisque peccatorum generibus se implicauit, peccata peccatis cumulando; ut vel ipsa confusione peccatorum vnus recordatio alterius memoriam obtrueret. Verum recurrebat assidue tetra illa ac morocans animi cura; quoque profusus se deliciis mergebat, eo atrocius rodebatur interius, lumque in conscientia acrius sauebat.

2. Perfectus est deinde in regiones longinuas, ut locorum mutatione, & rerum varietate, memoria praeteritorum confunderetur: quantumcunque à patria recederet, à conscientia comite disiungi non poterat.

3. Adiecit animum studijs, & ijs quidem attentionem maiorem requirunt, quae quantum hominem occupant, ac sibi maxime detrahunt, & spiritus plane exhauriunt; qualis Mathematica, & Perspectiua; ut saltem hac ratione cogitationes de conscientia posset excludere, sed non potuit.

4. Tandem cum audiisset contritione peccata deleri, ad opera bona confugit, in opere & cilicio poenitentiam agens, multum pauperibus elargitus est in eleemosynam. Neque his quidem atrox ipsius vulnus sanari potuit.

5. Denique actus ad extrema, & mortiam

malis, malo suo finem nocte insequenti adferre
 Rheda vi statuit. Rheda ergo conscendit; do-
 mum, à qua tum abierat, rediturus.

Errantem ac pereuntem ouiculam benignif-
 simus Deus hic iuuare ac reportare dignatus

est.
 Quidam de Societate nostra, (cum quo,
 cum viueret, familiariter vixi) per Brabantiam
 iter faciens cum socio, homini desperabundo
 Deo ita disponente) occurrit: quem ex rheda
 conspicatus, rogauit vt currum conscenderet,
 vitæque reculantem importunitate. Cum Pa-
 ter esset in rheda, nullum ille fecit verbum, sed
 tacitus dicentem Patrem fixis intuebatur ocu-
 lis: cumque Pater multa narraret, diuina pro-
 uidentia factum est, vt de peccatorum confes-
 sione sermonem institueret, tetigitque inter
 narrandum hominis vlcus: qui stomachabun-
 dus illico, Quid, inquit, ais tu? vnde me nosti?
 Nunquid ego te vidi antehac? ait Pater: sed
 nos huiusmodi narrare solemus, ne vanis & in-
 uanilibus rebus teramus diem. Ne mirere: nisi
 forte quid in te sit, quamobrem iuuari velis;
 quod lubenter facturum sum. Iuueris? inquit il-
 le: sed quis me iuuare potest, si confiteri re-
 nuam? atqui certo tibi persuadeas, nunquam
 id me in æternum facturum. Si sine confessione
 mihi opitulari possis, tum enim ero patiar vt
 me adiuues. Solatus hominem Sacerdos, bono
 animo esse iubet; remedia alia proponit, pro-
 mittitque (prudenti consilio vt hominem ca-
 peret) se sine confessione (de qua ad tempus

filendum putabat) auxilium allaturum. Tum
 ille confidenter, quod res erat, edixit: mortem
 se sibi ea nocte destinasse, nisi remedium adue-
 niret malo; angustias conscientiae suae ultra ferre
 non posse; si sine confessione reconciliari Deo
 posset, nihil esse tam durum ac difficile quam
 recusaret, nihil novi arbitrari dura & aspera pa-
 ti. Tum, quae ad conscientiae carnicinam ex-
 ringuendam fecisset, prolixè enarrauit. Vt ergo
 sine peccatorum confessione se iuuari posset, enar-
 ravit, totum sese Patri ea condicione subdidit.
 Promittit Pater omnino se praestitutum, non
 facturum de confessione verbum, si tantummodo
 pauculos dies obedire vellet, & omnia, quae
 praeciperet, exa missim facere. Cum ergo rheni-
 domum appulisset, petijt à Patre quid à se fieri
 vellet. Pater, Instrue, inquit, laetum conuiuium
 lautum epulum, & hospites tuos hilariter ho-
 beas. Indigebat videlicet homo mœrore pro-
 stratus animi relaxatione, & maxime nocte illa,
 decretoria. Post epulum idem rursus, Pater
 ait, quid vis me facere? Tota nocte, inquit, Pater
 tecurus dormias, ego cum socio pro te vigilabo
 Deumque precabor. Postridie redijt, petens
 quid sibi mandatum vellet. Dictavit ei Pater
 quaedam puncta meditationis, quae fiduciam &
 laetitiam animo adderent, considerata huius
 distributis; atque ita duxit vnum atque alterum
 diem; tradidit ei deinde examen accuratum con-
 scientiae: Non, inquit, vt confitearis, haec pro-
 pono; sed vt scribas peccata tua, & in memoriam
 reuoces, atque de singulis dolcas. quod perfecti
 acco-

curate. Denique abduxit illum in siluam, solo longo intervallo subsequente: rogauitque bene excussisset animum, an nullum peccati genus intactum reliquisset; &, Ne quid forte te preterierit aut fugerit, inquit, sciscitabor ex te quædam. Rogauit quidquid horrendum, triste, atrox cogitari poterat per omnia scelerum genera, donec illud peccatum tangeret, quod admiserat, ac confiteri non audebat. Ibi peribat miser, & horrore concussus, vltro solus est: Illud, illud (inquit) est triste, infan- tum, horrendum, quod eloqui non audeo. Tum suauiter & benigne, Atqui, ait Pater, in li- bris meis grauiora sunt, & funestiora; ab hoc que multo atrocioribus te possum absolue- re. Nam confessus es, nec opus est pluribus, nisi dicas cætera quæ scripsisti. Procidit vir bonus genua, cætera dixit, ac rite confessus benefi- ciam absolutionis accepit; domumque reuer- tens, latiore vitam duxit, quam paucis annis post cum æterna ac sceliciores commutauit. Dum huc viueret, nactus Patris eiusdem alloquen- tis occasionem, Quantum bonum est, inquit, Pater, peccatorum confessio! quam securum letumque reddidit! quam multa tristitia passus, confessionem fugiens; quæ facile superare potuisssem, si conscientia parere vo- luissem!

Qui dixit, *Conscientia mille testes*, dixit optime, sed non satis. Conscientia præterea est & scelerum vindex, & iustus iudex. Adde eandem etiã motorem agere, & adhibitis furijs à scelera-

to delicti pœnas exigere ac inferre. An non in die mortis extremique iudicij prodibit omnium prima, vt sese deferat, & facinora sua prodat, proclamet, ac denuntiet? Dei namque illa vices gerit, cuius refert similitudinem: pro eodem excubat, rationis præferens facem, seuerique monitoris explet murus. Quod mens in vitio suo in hoc mundo cæcutiat, & rationi offundat tenebras; illæ illæ discutientur in morte: omnium memor erit conscientia seque grauissime inculcabit, quod ne munus quidem suo vitæ suæ tempore ipsamet perfecta fuerit.

15. Hæc etsi vera sint, nihilominus non exigimus Dei oculos, cuncta cernentis; sed grauius timendi oboritur ratio, necessitasque præsentis diuinæ concipiendæ, animoque retinendæ, quo plures, qui nos obseruent, habemus; conscientiam imprimis nostram, quam effugere non valemus; Angelorum innumerabilem exercitus; dæmonem aduersarium; Patres etiam nostros in cælo; Deum denique ipsam æquissimum iudicem, qui reddet unicuique secundum opera sua, & non patietur impunitam tot sceleribus, quæ in dies patrantur, iniuriam ac contemptum sibi inferri atque irrogari.